
s De alijs. ēt eremitā: vt ex de elec. cū monasteriū: ar. j. j. pxi. q. vlt. in. §. penul.

t Ad ordinādū. si tñ monach⁹ sit necessari⁹ p̃ supiorē cogat ipsuz dare: vt extra ō iurepa. nullus. Sz qd si monachus sit factus papa inuito abbate: oz redire: sic z ipemet cōpellz se redire: q⁹ cuz teneat de alijs iusticiā facere: mlto forti⁹ de se ipō. ff. si seruū⁹ vēdicet. l. alū⁹

u Juribus. q̃tuz ad legē diocesanā: vt. xvi. q. i. cū p utilitate. vt nō x. q. i. in summa.

x Leminoso. hoc. c. logtur de monasterijs exemptis vel p̃uilegiatis.

y Publicas. in qbus ē cōcursus ppl̃oz: que fiūt i hora tertia. j. ō cō se. di. i. z hoc. sed publicas. i. solēnes bene cantant.

z Recessibus. potius ergo erunt monasteria in solitudine q̃z in vrbe xvi. q. i. si cupis.

z Collocare. vt ibi exerceat iudicia.

2 Ordinationem. j. e. cognouim⁹ cōi. ſz hic ordinet. nec̄ ab ep̃o missa⁹ ibi celebret: ut nulli eccl̃ie subijciatur.

Dē castorio ep̃o. De eodē

Abatē⁹ cuilibet monasterio nō aliū: ſz quē dignū moribꝰ atq; actibus monastice discipline cōi cōsensu ꝯgregatio poposcerit ordinari uolum⁹. missas autē publicas p ep̃os ul̃ clicos in mōasterijs oio celebrari, phibem⁹. Tē pela. papa mellito subdiacono.

Ille debet abbas institui: quem sua cōgregatio z possessionis dñs minus ordinari poposcit.

Abatē⁹ monasterio illū uolumus ordinari: quē sibi de sua cōgregatōe z monachoꝝ electio z possessionis dñs: z qō magis ē obſuādū: ordo uite ac meritū poposcerit ordiari. Tē grego. oi b⁹ ep̃is. De libertate mōachoꝝ.

Elam⁹ sit necessariū monasterioꝝ qeti, pspicere z cetera. z ifra: indicim⁹ igit̄ i noie dñi nr̄i iesu xp̃i z ex auct̄e beati petri apostoloꝝ p̃ncipis: cui⁹ uice huic rōane ecclie p̃sidem⁹: ut null⁹ ep̃oz̄: aut secularū ultra p̃sumat ō reddit̄ib⁹ ul̃ chartis mōasterioꝝ: uel cellul̃ ul̃ uill̃ q ad ea ptinēt: quocūq; mō seu q̃libz occasiōe minuere: l̃ dolos uel̃ immissiones aliq̃s facē. z ifra: defūcto uēo abbate cui⁹ cūq; cōgregatōis nō extrane⁹ eligat̄: nisi⁹ de cadē ꝯgregatōe: quē sibi, pp̃ia uolūtate ꝯcors fr̃m societas elegerit. q si aptaz int̄ se p̃sonaz inuenire nequerit: solerter sibi de alijs monasterijs eligāt ordinādū. z ifra: Pariē aūt ē custodiendū: ut inuito abbate ad ordinādū alia monasteria: aut ad ordines sacros: ul̃ clericatus officū: tolli exide mōachi nō debeāt: z ifra: Null⁹ monachū sine testimōio z ꝯcessione abbatis i eccl̃ia aliq̃ teneat: ul̃ ad aliquē honoreꝫ p̃moueat. Hāc ergo scriptoruz nr̄oꝝ paginā oio futuro i tpe ab oib⁹ ep̃is firmā statuim⁹ illibataz q̃ fuari: ut z sue eccl̃ie iuuāte dño tñmō iure sint ꝯtēti: z monasteria eccl̃iastic̄i ꝯditōnib⁹ seu angarijs: ul̃ q̃buslibet obsequis secularibus: nullo mō subiaceāt: nullis canonicis iurib⁹ deseruiāt. ſz remotis uexatōnib⁹ ac cūctis grauaminib⁹ diuinū op⁹ cū sūma ai deuotōe pficiāt. Idem castorio ep̃o arminēsi. Missas publicas i cenobio ep̃i nō celebrent: nec aliq̃ eis grauamen inferant.

Leminoso abbate referente plīmis i monasterijs multa a p̃sulib⁹ p̃iudicia atq; grauamia monachos ptulisse cognouimus oz ergo: ut tue fr̃nitatis, puisio ō futura qete coꝝ salubr̄i disponat ordinatōe: q̃ten⁹ cōuersantes i illis i dei fuitio gr̃a illis suffragāte mēte libera pseuerēt: missas quoq; publicas in cenobio fieri oimō phibem⁹: nec i dei fuoꝝ recessib⁹ z coꝝ receptacul̃ ulla popularis p̃beat occasio ꝯcutus: q⁹ ñ expedit aiab⁹ coꝝ: nec audeat illic ep̃s cathedrā collocare: ul̃ q̃libz ptā tē exercē ipandi: nec aliquā ordinatōez q̃uis leuissimā faciēdi: nisi ab abbate fuerit rogat⁹: q̃ten⁹ mōachi semp maneāt i abbatū iuoꝝ ptātē: ut remotis uexatōnib⁹ ac cūctis grauaminib⁹ diuinuz op⁹ cū sūma deuotōne ai pficiant.

Tē gelasi⁹ papa. Baptisteriū i monasterio nō permittit̄ fieri.

Rīdē⁹ p̃cepim⁹: ut de monasterio sācti andree: qō ē sup massalas baptisteriū, ppter mōachoꝝ molestias debuisset auferri atq; in codē loco quo fōtes sunt: altare fundari: cui⁹ rei pfectio hacten⁹ ē, ptracta. admonem⁹ igit̄ fr̃nitatē tuā nullā iā mozā p⁹ suscep tas l̃ras nr̄as inserē: ſz repleto loco ip̃oꝝ fōtiū altare illic sine aliqua dilatōne fundet. q̃tenus z p̃ dictis monachis op⁹ dei secure liceat celebrare: z nō de negligētia tua ꝯtra fr̃nitatē tuā nr̄ anim⁹ exciteē. Tē ex ꝯcilio magūtino. Cuz permissione ep̃i abbas locū suuz deserere potest.

Abas⁹ p̃ būiliatōe z cū pmissiōe ep̃i locū suū pōt relinq̃re tñ eligāt sibi frēs abbatē de ip̃is si hñt: sinaūt ō extranei. Lce⁹ i toletāo ꝯcilio. ō. c. i.

f Beat⁹ gregorius. ō. e. abbatē.

g Sed sciendū z. magister iteligit: q⁹ capitula supadicta ex cā data sint. io.

b a Elliam. Alios ordinare. i. eligere.

logt de exemptis nisi i non. vel si hic logt de nō e. ep̃tis tūc dic: q⁹ ep̃s hoc facē pōt nisi abbas ne gligēs sit in ordinatōibus. i. dispositionib⁹ vt. ix. q. iij. cū simus.

p Abbate. ō. x. q. ij. inter cetera.

a Idem precepimus. vt ō monasterio. ep̃s ibi fecerat baptisterium.

b Altāe. hoc iō: q⁹ locus fōtiū nō oz pedibus paulcari: vt. j. de consec. di. i. altaris. z hoc cōmode non pōt fieri: q̃ si ibi altare edificet.

c Post susceptas. sic ex de app. super eo in fi.

d a Abas. pōt. cuz pmissione. nō n. pōt. sine licētia p̃lati suā de serere eccl̃iam vt ex de renū. admonet. xvi. q. vlt. c. vlt. l. c. xi. di. c. i. z. ij. z xix. q. ij. cue. io.

e Lce. i toletano. ꝯcilio. ō. c. i.

f Beat⁹ gregorius. ō. e. abbatē.

g Sed sciendū z. magister iteligit: q⁹ capitula supadicta ex cā data sint. io.

b a Elliam. Alios ordinare. i. eligere.

i Auctoritas.humani eni moris e illu time:cuius iudicio nunc erigit:nuc depmit.xvi.q.ij.visis.nec supiores debet iferiorib⁹ nimis famili res ee.na ex coversatoe equali nascit ptept⁹ digni tatis.ff.de offi.psi.obseruadu.nec et debet subditi plus ee subditi q expediat.ij.q.vij.admonedi.io.

k Tota.ergo eps nullaz hz iurisdictionez i monasterijs z sic e z.xvij. q.vlt.i vedicio nib⁹.xij.q.ij. abbatib⁹.sed istud vbu to ta no excludit epm:sed ipos monachos.i. ita pertinet ad abbatem q no ad moachos.

l Hinc et constitutu e.i. ppter cam.in telligit.n.gra tian⁹ oia hec capla ex ca fu isse statuta.

licetiaz moachis relinqm⁹.p arbi trio suo aut abbates expelle: aut sibimet alios ordiare: qz nulla au ctoritas remanebit abbati:si mo nachoz ptati cepit subiace: ut de ceto fidelr z studiose uniuersa q ul ad dini cult⁹ reueretia: l ad uti litate eiusd moasterij ptinet abba tis solicitudo:ad que ptas tota p tinere couenit:debeat adiplere.

Hinc etia ostitutu est: ut clerici singloz moasterioz sint in ptate epoz:nec alicui liceat extra coru osciaz moasteria edificare. Vn de in calcedonesi ocilio legit.

Sine oscia epi moasteriu nullus edificet.

Quida moachoz hitu utetes idifferene p ciuitates icedut: necno z moasteriu z scipos psum ptioe ppa omedant. Placuit igit neminez aut edificare aut ostrue moasteria aut oratorij domu sine oscia ipi⁹ ciuitatis epi. Ite:cleri ci i parochijs moasterijs aut mar tyrijs ostituti: sb ptate sint ei⁹:q i ea ciuitate e eps sm traditionez scoz patz:neq p psuptione rece dat a suo epo. eos uo q ausi fuerit rescide huiusmoi instoez quocuq mo:ul si noluerit sbiace ppo epo: sigde fuerit clerici sm psonaz or diatione sbiaceat codenatioib⁹ ca nonu. si uo laici uel monachi fue rit coione puent. Ite clerici q paupez dispoi ul moasterioz l martyrioz psut sb ptate singlari um ciuitatu epoz sm canonu tra ditione pduret:neq p sua temeri tate epi sui moderatione declinet q aut huiusmoi dispone quolibet mo sbuerte ausi fuerit: z epo suo n obedierit:sigde clerici fuerit:ca nonice danatoi sbiaceat: si at mo nachi ul laici sit a coione suspedat

Ite ex ocilio carthaginesi.iiij.

Examiet ab epo rligios feis ppo nedus.

Qui religios femis pponed est ab epis oprobet. moasteriu quoq absq epi pmiss sterium est destructum:reqrit cosensus episcopi in constructione:sed in reparatione no requirit:vt.xvi.q.vlti.siquis vult.extra de iudeis iudei.z C.de op.publicis.l.ii.z.iij.ar.

o Aut probante.ex postfacto:quia ratihabitione pot confirmare:vt.xvi q.i.c.vlti.

one nulli incipe aut fudare licet.

Vnde in agathensi ocilio legit.

Sine pmissione epi nullus mona sterium presumat incipe.

Ne monachis monasteriu no uu:nisi epo pmittente aut p bante:null⁹ incipe aut fudare pre sumat. Item ex code.

Cellulas nouas aut cogrega tium ecclas monachoz absq epi noticia phibem⁹ institui.

Item ex cocilio aurelianensi.

Absq epi ul abbatis uolutate nul l⁹ moachoz cellula ostitue psuat.

Nullus moach⁹ congregatioe monasterij derelicta abitois z uarietatis ipulsu cellula ostrue sine epi pmissione uel abbatis sui uolutate psuat. Ite sut alij q p executoe diuersaz caz quoslibet admittut: q districtionez coz sol uant:z getez religiois pturbet.

De qb⁹ in cocilio triburiesi legit

Abbas q caut⁹ in regimie n fuerit a pprio epo z a uicinis abbatib⁹ a suo arceatur honore.

Siqs abbas caut⁹ in regimie humilis cast⁹ misicors discre t⁹ sobriusq no fuerit: ac dina pce pta uerbis z exeplis no odderit: ab epo i cui⁹ territorio osistit z a uicinis abbatib⁹ z ceteris deuz ti mentib⁹ a suo arceat honore:etia si ois ogregatio uicijs suis cosen tiens eum abbatem hre uoluerit.

Itez ex concilio aurelianensi.

In epoz ptate abbates cosistut

Abbates p humilitate religi onis i epoz ptate cosistat: z siqd extra regula fecerit: ab epis corrigat:q semel i ano i loco ubi eps elegerit accepta uocatoe oue niat: monachi aut abbatibus oi obedietia z deuotoe subiaceat. q siqs p cotumacia extiterit ideuo tus:aut p loca aliq uagari:aut pe culare aliqd hre psupsit: oia q acqsierit:ab abbatib⁹ auferantur sm regula monasterio profutura Ipi autem q fuerat puagati:ubi

m Quidaz comen dant.sz nemo dz se commen dare.xi.q.iij.si qs vero.ar.z ff.d offi.pco. obseruare.§. antequa vero.

n Aut orato rij.qb⁹ tpibus in oratorijs sit missa audien da:hes.j.d co se.di.i.siqs et. z no solu ora toriuz sed nec etia hospitale pot sine licen tia epi costitui vt ex d reli.do mi.ad hoc.sed si oratoriu no est in hospita li:tuc simplex hospitale pot costrui sine li cetia epi: vt ex d: eccle.edi.si hospitale.que hodie e remo ta:ite nec i ora torijs licitu est pone capanas vt ex de priui. paterinib⁹.io.

o Illi mona chi loqtur.sm ea tpora:cu monachi fuerut laici.xvi.q.i.generaliter.

p Clerici.i.plati.

q Qui religiosis.coprobet.ne sit nimiu iuuenis:vt.xxxiiij.di. quorundam.z.c.fratei nitatis.

r Ne monachis.nouum.nouum dicitur cuius facies imutat ff.de noui oper.nu.l.i.§.opus nouum.si ergo totu mona

t Cellulas.aut con gregantiu.noua collegia no pot qs face re:nec et nouas reglas vl noua vita:ex d reli. domi.ne nimia.ff.de colle.illici.l.iij.

u Nullus.ambitio nis.infirmitatis eni ca pot abbas pmit tere monacho face cel lula speciale:vt.xxi.q. iiij.c.vlti.

x Siqs abbas cau tus.ergo videt q aliqs pot depoi ppt simplicitate:vt hic.z lx xiiij.di.episcopoz.sed dicas q hic vocat illuz incautu q negliges est na ppt negligetia de poit aliqs:vt.lxxxi.di dictu.vl dic q abbates ppt modicas cas psut remoueri:vt ex de si.p tuas.

y Arceat.hic patz q eps sine numero epoz abbate pot deponere a dignitate abbatie:sz no pot solus ab ordine de ponere:vt.xvi.q.vij.in uentu.vt no.xv.q.vij.i suma.z hoc io qz ca il la no e criminalis:ex d accu.sup his.z d simo. c.per tuas.

z Abbates.epoz z ad epm.n.ptinet ois cura diocesis tam i monasterijs qz i alijs ecclijs:vt.ix.q.iij.c.ij.z xciij.di.nulla.io.

a Uocatione.si neces sitas magna fuerit:alis abbates n debet voca ri ad synodu:vt.xviij. di.eps.

b Aut peculiare.nisi ab abbate ei ocessa sit administratio:vt extra de statu mo.monachi.

c Que acqsierit.ergo fugitiui z vagabundi acq ut eccle sue qcqd acqrut:vt hic.z C.de epi.z cle.deo nob.s.§. hoc et.sicut seru⁹ fugiti uus dno acqrit.ff.de acq.pos.l.i.§.per seruu. Sed ponamus:q aliqs fe pius deliqt:ppter qd monasteriu noluit ipm recipere:q⁹ro si id qd postea acqrit:prior monasterio acqrat vel sequeti:videt q sequeti:qz cu p de relicto habitus est: non debet prior acquirere:sicut nec seruus habitus p derelicto:vt.ff.de sti.seruo.q si seruus.z ar.xvi.q.vi.de lapsis.C.de la tuli.tol.sz famus.io.sz hac qone plene notaui int oficales qones.b.

a Suscepit. sine cō sensu abbatis: vt. xx. q iiij. monachum. io.
b Monasteria.

a Abbatibus. ō. xc iij. di. nulla rōne
b Ēpalia. licet abbas sit exemptus: tñ p̄mo debz petere iura ēpalia ab ēpo loci: nisi ip̄i malicioſe deneget ea.
c Ognouimus. vt omisso. ar. q̄ omisso ēpo non p̄ot appellari ad metropolitanum: vt. vi. q. iij. scitote io.
d Animabus. ar. cui maius p̄mittit̄ z min⁹ vt. xij. q. i. p̄cipim⁹.
e Erudit. cōmatres sz nōne p̄ baptismū coīubit̄ cōpaternitas: sic: vt. xxx. q. i. oēs sz monachi p̄nt baptizare: vt. xvi. q. i. doctos ergo p̄nt esse cōpres. Rñ. possunt fieri cōpatres baptizando sz nō leuando: q̄ in illo maior coīubit̄ familiaritas io.
f d Iffinimus. duplex. in quo sūt monachi z monache.
g Cognatis. nam qui seculo vult z rebus renunciare: renunciabit z cognatis. xij. q. i. cui p̄cio.
b Monachi. immo nec clericus nec laicus debz visitare monasteriū monialiū: vt ex̄ de vi. z bone. cle. monasteria.
i Intercipit. i. interciperе solet: q̄ ex cohabitatione p̄sumit̄ accessus: vt. xxvij. q. i. nec aliqua. z. lxxxi. di. cleri cus. z. c. in omnibus. z xxxv. q. vi. ab isto. Et est ar. hic: q̄ cū petit̄ restitutio consanguinee: q̄ nō solū cōmixtionis immo nec cohabitatio nis facienda est restitutio.
k Et in breui. hic manifeste perpēdit: q̄ p̄sumitur varijs modis coīi aliquē z p̄ aliquo ex cohabitatione ex loco ex singularitate ex societate ex breuitate tēporis: que omnia iudex discretus considerabit: vt. xxiij. q. viij. occidit. z. lxxxi. di. i omnibus. j. de pe. di. i aut facta. extra de testi. cum causam.

inuēti fuerit cū auxilio ēpi tanq̄ fugaces sb̄ custodia ēpi reuocent z reū se ille abbas futurum cē cognoscat: q̄ i huiusmōi p̄sonis non regulariter aiaduertit: ul'q̄ monachū suscepit' alienū. Tē ex cō cilio arelatensi.

Monasteria' ul' mōachor⁹ di sciplina ad eū p̄tineāt cp̄m: i cuius sunt territorio constituta. Item paschalis papa.

Null⁹ ministret abbatib⁹ ēpalia qui alicui ēpor nolunt subesse.

Abbatib⁹ q̄ neq̄ sub ēpo neq̄ sb̄ metropolitano neq̄ sub p̄ mate neq̄ sub p̄riarcha sūt: null⁹ p̄sus ēpor ēpalia' quelibz administret. cū. n. se nulli ēpo subesse p̄fiteant': p̄sequēs ē: ut null⁹ ēpo rū: q̄ sua sunt eis tanq̄ extraneis largiat. Ro huiuscemodi ergo statutū ē: ut cāe z utilitates mōasterior⁹ p̄ ēpos disponāt. Nō gre. scribit uitali ōfēsori sardinie.

Utilitates monasterij a p̄pr̄io episcopo debent disponi.

Ognouim⁹': q̄ monasteria p uor⁹ dei ul' feiar⁹ p̄ suo qlib̄ libitu z diuersar⁹ cār⁹ executōne p turbet: q̄ō oio nō grate suscipim⁹ tuāq̄ ex hoc expientiaz cōmonemus: ut neq̄q̄ hoc usurpare de nuo accepta nr̄a aucte p̄mittas: sz ēpo loci illi⁹: sb̄ cui⁹ moderamine degūt: cure sit cās utilitatesq̄ disponere. ualde est eni indecens: ut omisso eo ali⁹ qlibet se illor⁹ cāis admisceat: sz ille eor⁹ uitas cōpetēti regularīq̄ dz moderamine disponere: q̄ p̄ cōmissis eor⁹ aiabus⁹ cōpellit̄ rōnez reddere. Ro h⁹ modi ēt p̄hibet beat⁹ grego. mulieres passiz ad monasteriū accedē z mōachor⁹ cōmres fieri: scribēs ualentino abbati.

Neq̄ cōmres sibi facere neq̄ ad feminas accedere monacho licet

Peruenit' ad nos q̄ i mōasterio tuo passim mlieres ascendant: z q̄ō ē grauius monachos tuos sibi cōmres facē: z ex hoc i cautā cū eis cōtionez hr̄e. ne ergo hac occasione humani generis inimic⁹ sua eos (q̄ō absit) callidit̄ate decipiat: iō hui⁹ te p̄cepti serie cōmonem⁹: ut neq̄ mulieres i mōasterio tuo deinceps q̄libet occasione p̄mittas ascendē: neq̄ mōachos tuos sibi cōmres facē. nam si hoc denuo ad aures nr̄as quocunq̄ mō puenerit: sic te seueriſſime noueris ultioni subdendū: ut emēdatōis tue q̄lit̄ate ceteri sine dubio corrigāt. Non solū autē incauta familiaritas aliar⁹ mulierū eis inēdicit̄: uel ēt a sāctimōi aliū habitatōe p̄hibent. Vnde in viij. synodo legit̄.

Cū monialibus monachis habitare nō licet.

Iffinimus' minime duplex mōasteriū fieri: q̄ scādalum id z offendiculū multis efficit̄. si uēo alig cū cognatis⁹ abrenūciare z mōasticā uitā sectare uoluerit: debēt q̄dē uior⁹ adire cenobiū: feie uēo mulier⁹ igredi mōasteriū In hoc. n. placat̄ de⁹: q̄ āt hactenus fuerūt dupla fm regulā sancti p̄ris basilij z fm p̄ceptionē ei⁹ ita formen̄t. Nō habēt i uno monasterio mōachi⁹ z mōache. adulteriū. n. incipit' cohabitatio: si hēat aditū monachus ad mōachā uel mōacha ad monachū secreto singulariter ad collocutionē. Non cubet mōach⁹ i mulieb̄ri mōasterio: neq̄ singlar̄it̄ cū mōacha conuiuet̄. z q̄n necessaria uite a p̄te uior⁹ ad regulares deferūt̄: extra portam hec suscipiat abbatissa in mōasteriū feiar⁹ cū q̄dam uetula mōacha. porro si p̄tigēit z aliquā p̄pinquā suā uidē uoluerit monachus in p̄ntia abbatisse huic confabulet̄ p̄ modica z compēdiosa uerba: z in breui ab ea discedat. Item in registro gregorij.

Monachi z monache in nullo simul cohabitent loco.

In' nullo loco monachos z mōachas p̄mittim⁹ in unum mōasteriū habitare: sed nec ea q̄ duplicia uocant̄. z sigd tale ē: religiosus ep̄s mulieres q̄dē i suo loco manere studeat: mōachos autez aliud mōasteriū edificare cogat. si aūt plūma sint talia mōasteria sepent̄ i alijs mōasterijs mōache z i alijs monachi. res aūt q̄s hñt cōes fm iura' eis cōpetētia distribuant̄. Item ex cōcilio agathen̄.

A monasterio mōachor⁹ longe cōstruant̄ monasteria puellarū.

Monasteria puellar⁹ longius a monasterio mōachor⁹ aut p̄pter insidias diaboli aut p̄pter oblocutionē hoium collocentur. Item ex concilio hispalensi.

Puellar⁹ monasteria monachorum p̄sidio z ministerio regant̄.

In' decima actōe p̄sensu cōi decreuim⁹: ut mōasteria uirginū in p̄uincia bethelica monachor⁹ administratione ac p̄sidio gubernēt̄. tūc. n. salubria christo dicatis uirginibus p̄bam⁹: q̄n eis p̄res sp̄uales eligim⁹: quor⁹ non solū gubernaculis tueri: sz etiam

l In nullo loco in unū. fere eadem verba ponit̄: in aut̄. de sanc. epis. §. si quis autez ad monasticaz uitam.
m Jura. forte p̄o numero p̄sonarū cum enim collegiuz separatur p̄o numero p̄sonarū diuidunt̄ bona: vt. ff. de colle. illi. l. i. in fi. vel forte fz q̄ō quilibet decid̄t mōasterio: ar. xij. q. ij. c. i.
n In decima. ex eam. i. p̄ter conscientiā ab batisse.

o Duarum. hic p3 q si cli cus accusef q d lögrit cum moniali vl cü alia: pöt se ex purgare cum mulierib᷒. ad gd enim voca rét iste: si non possent esse te stes: cü eni cle ricus repellat a dignitate ob tinenda ppter testioniū mu lierū: vt ex de testi. tam lris multo potius per eas expur garé pöt se. vñ satis admitti pöt: q si cleri cus nö pöt ha bere alios cõ purgatoref cli cos q p hone stos laicos pt se purgare: vt ij. q. v. c. oibus in fi. lxxxi. di. clici. z sic. xij. q. i. c. i. z i auc. de monachis. §. cogitandū.

p Ernicio sam. cõi ter. ideo cõiter oia faciüt vt si bi inuicé sint testes z hone statis z castita tis: vt i auc. d mona. §. cogi tandum.

q Tē sūt.

r Ernēit. fingunt tales sūt cogé di ut vel veri clerici vel veri monachi sint: vt extra de re gu. vt clerici.

s Prepont. de talibus ha buisti. xvi. q. viij. c. iij.

t Destruant. i. conuertant i aliā formā: vt j. cā proxi. q. iij. §. querit.

u Eldum fraīnita ti. sed nōne cū aliquid preci pit alicui: suf ficit q preceptū sit predecessori ad hoc vt suc cessor teneat: vt in auc. vt

doctrinis edificari possint: ea tñ circa mõachos cautela suata: ut remoti ab eaꝝ familiaritate: nec usq ad uestibulū hēant accedēdi familiare pmissū. s3 neq abbatē ul eū q pficit extra cā q pest: loq uirgib᷒ xpi aliqd qd ad istitutõe3 ul administratõem eaꝝ ptinet li cebit: nec cū ea sola q pest freq̄ter eos loq o3: s3 sb testionio dua rū ul triū soroꝝ: ita ut rara sit ac cessio: z breuis omnino locutio.

Rohibēt ēt sãctimõiales ppa receptacula hre. Unde Nõ inno. ij.

Sãctimõialibus receptacula seu domicilia priuata hre non licet.

PErniciosã z dtestabilē ɔsue tudinē q̄rūdā mulieꝝ: q lic3 neq s3 regulā beati bñdicti neq basilij aut augustini uiuāt: sancti moniales tñ uulgo cēseri deside rāt: aboleri decernim᷒. Cū eni iu xta regulā sãcti bñdicti degētes i cenobijs tā i ecclia q refectorio atq dormitorio cõiter eē debeāt ppria sibi edificāt receptacula z puata domicilia: i qb᷒ sb hospita litatis uelamine passim hospites min᷒ religiosos ɔtra sacros z bo nos mores suscipe nullaten᷒ eru bescūt. q2 ergo omis q male agit odit lucē: ac p hoc ipē abscōdite i iiustoꝝ tabernaculo se opinianf posse latere oculos iudicis cūcta ɔspiciētis: hoc tā ihonestū dete stādūq flagitiū: ne ulti᷒ fiat: oio phibem᷒: z sb pena anathēatis i terdicim᷒. sili mõ phibem᷒: ne sã ctimõiales sil cū canonicis z mo nachis i ecclia i uno choro ɔueni ant ad psallendū. Itē sūt alij quos epi pgrauātes salutē iparū aiaꝝ negligūt: qbuslib3 occasioni b᷒ bona mõasterioꝝ distrahē cu piūt. tales erāt gdā clici rauenna tis eccle: q sil'ata religiõe mõaste rijs cupiebāt pfici nõ trāseuntes ad mõastichū habitū neq renun ciātes ecclīastice militie. De qb᷒ grego. scribit iohā. rauēnati epo.

Monasteria clericoruz aut laico rum habitacula fieri non debent

PEruenit ad me: q i ecclesijs fnitatis tue aliq loca dudū mõasterijs ɔsecrata nūc hitacula clericoꝝ aut ēt laicoꝝ facta sunt dūq hi q sūt i ecclijs fingūt se re ligiose uiuē: mõasterijs ppon cu piūt: z p eoꝝ uitas mõasteria de struūt. nemo. n. pōt ecclīasticis officijs z cetera. z ifra: Proinde fnitas tua si hoc quolib3 i loco fa ctum ē: emēdare festinet: q2 ego nullo mõ patiar: ut sacra loca p clericoruz ambitu destruātur.

Idez martiniano epo rauēna.

Qui i sacro sūt ordie ɔstituti: in mõasterijs nullā hēant ptātem.

VEldū ad nos mltoꝝ relatõe puenerat: mõasteria i rauen natū ptib᷒ cõstituta dio clericoꝝ uroꝝ dñio puagari: ita ut occasi one regiminis ea gdē qd dici gra ue ē uelut i ppzietate possideant. qb᷒ nõ modicū ɔdolētes pdecel sori uro lras misim᷒: ut hoc emē dare debuiss3. s3 qm uite ē termi no citius occupatus: ne hoc on᷒ monasterijs remaneat: fnitati ure nos eadē scripsisse recolim᷒: z q2 ut cõpim᷒ i hui᷒ rei hactenus correctõe cessatū ē: hec audiētes ad nos iteꝝ puidim᷒ scripta diri gere. hortamur ergo ut oi mora oiq excusatõe sūmota ita mona steria ipa ab huiuscemodi studea tis grauamie releuare: q̄ten᷒ nul lā deiceps i eis clerici ul q i sacro ordine sūt cõstituti: ob aliud nisi hortādi tm mõ cā accedēdi habe ant lñiam: aut si forte ad pagēda sacra missaꝝ fuerit iuitati myste ria. s3 ne p cuiuslibet mõachi aut abbatis pmotõe z cetera. z ifra: Nec illic ulteri᷒ hēat ptātem ali quā: ne mõasteria huius occasio nis uclamie ea q phibem᷒ sil cum canonicis z mõachis i ecclia susti nere onera cõpellanf. Hec itaq oia uigilāti cura emēdare iā secū do cõmonita sãctitas ura nõ dif ferat: ne si post hec negligentes uos eē qd nõ credim᷒ senserim᷒: alif monasterioꝝ geti ɔspicē cõ pellamur. nā notū uob sit q tāte necessitati suoꝝ dei ɔgregatõem subiacē nõ patiemur. Idem.

Gra uisitādi z exhortādi mona sterū episcopus adire potest.

VIsitādi exhortādiq gra ad monasterū quoties placue rit ab antistite ciuitatis accedaf: s3 sic charitatis officiū illic ipleat epus: ut grauamē aliqd mõaste riū ñ icurrat. Itē ex ɔci. aureli anēsi. Frequenf epi mõasteria uisitēt: z q corrigēda sūt corrigāt

NOn semel s3 sepi᷒ ainno epi uisitēt monasteria mõacho rū: z si aliqd corrigenduz fuerit: corrigaf. Pro talib᷒ q aniaꝝ cu raz nõ hñtes bona tm mõasterio rū in suos usus ɔuertē cupiebāt: statutū est: ut monasteria cū suis reb᷒ penit᷒ sint liba a ptāte z dñio epoꝝ. q aūt nullis canonicis iuri bus mõasteria dicūf eē subiecta:

nulli iudi. §. z hoc vo iubemus. colla. ix. licet aliud sit in mandato: quia illud extinguitur morte: vt ex de offi. de le. gratū. dicūt gdā: q siue sit preceptum siue mandatu3 dummodo expressis nominib᷒ scri baf: semp expirat mor te: vt extra de offi. de le. quoniā3 abbas. alij di cūt aliud esse in prece pto q3 in mandato.

x Hortandi. i. predi candi.

y Inuitati. d. c. lumi nosō. io.

z Sed ne. xvi. q. i. ne p cuiuslibet.

a Uisitādi. quotiēs cum voluntas vel necessitas exigit: alias semel tantu3 in āno ve niet episcopus: vt nota ni. x. q. i. decernim᷒. vf tamen q hodie bis in anno possit ex officio visitare: vt extra de cē. cum venerabilis. in fi.

b Ut grauamen. i. vt non exigat enormē z z immoderata3 procu rationē: vt. x. q. iij. illud sed secūdū q taxaf: ex de censi. cum apostol᷒ z hoc intelligas cū epi scop᷒ accedit ad eccle siam ppter vtilitatē ec clesie: sed si cā proprij ne gocij accedit: nõ tenef ei monasterū prouidē vt. x. q. i. placuit. xij. q. ij. charitatē. extra d cē. si. cum venerabilis. ibi cu3 cā correctionis zc.

c Non semel.

d Pro talib᷒. scilicet episcopis. eis nõ subsunt monasteria quo ad legem diocesa nam. io.

e Alcuberius.cōueniſſe.ar q̄ pactio pōt intervenire i ſpūalib⁹:vt.x.q.iij.c.vlt.ꝛ.c.nec numer⁹.ꝛ.i.q.iij.q̄ſitū.vt nō.viij.q.iij. in ſumma ſed huic.c.obſtat.i.q.iij.c.i.ꝛ.q.i.ſtatuim⁹.ꝛ.q.iiij.eccl'ia.ꝛ.j.de cōſe.dꝰ.i. ſi qs baſilicā.ſz dicas q̄ hic nō vere dicit pactū:qz ſine pacto tenet eccl'ia aliqd dare epō in ſignū ſubiectōis:vt hic dr in fi.itē ꝛ auctē epi pōt aliqa cōſtitui pro no: vt ex ō iurepa. preterea.

f Penſiōis. vltra id qō ꝓuenit i ꝓncipio.

g Eulogie.i.in ſignuz pdicatōis :quā fecit tē poze conſecratōis.

h Debeat. cōſiderata cōſuetudine alioz monaſterioz: vt ex de cē. ſuper eo.ꝛ.x.q.iij. nec numer⁹.in fi.ex hoc.c. pz q̄ monaſteria non ſunt penit⁹ exēpta a lege dioceſana.tenet.n. ei ad eulogia ſicut hic dr.itē tenent ad ꝓcuratiōnē:que debet rōne viſitatōis: vt ex de ꝓſcrip.cū ex officij. item ſi aliqd ex cōſuetudie debēt:vt.j.e.c.pxi.

i Seruitiū.ꝛ tamen vix fuerūt. xxv. ānī a tpe gregorij vſqz ad tēpus vrbani.

k Elſqz ad hoc tēp⁹. ergo cōſuetudo inducit annuas pſtationes. nā ꝛ dat iuriſdictōez ꝛ dat priuilegiū : vt nō.ix.q. iij.cōqueſtus.i fi.ꝛ dat ius eligendi:ex de conſue.cū dilect⁹. in fi.itez ꝛ inducit ſeruitutē.ff.de aqua plu.ar.l.i.§.vlt.ꝛ ff.cōia pdio.venditoz. itē ꝛ ꝓſuetudo obligat ſicut ius ſcriptuz:vt.xi di.eccl'iaſticarū.ꝛ q̄ ex tpe aliqd ꝓſumit de bitū:ſunt ar. mlta.ff.ō vſur.q ſemiſſes.ꝛ.l.cū qdā.§.i.ꝛ. C. de fidei. cō.l.i.ar.cōſi iſta ex de cōſue. c.i. ꝛ ex de cen. ſciētes.ꝛ.c.puenit. ꝛ. i. q.i.nullus.ꝛ.x.q iij.qz cognouim⁹.ꝛ.ff.ō operis lib. operis.ꝛ. C. de pac.l.certis.ꝛ ex de cā poſ.cū eccl'ia.itez quia ex curſu tpis nulla oz itur obligatio:cum nec tollat tpe:vt.ff. de act. ꝛ obli.obligatōnū. ſed vari ij varijs modis dixerūt ō hac materia.ſz omiſſis illis dico:q nū q̄z ex cōſuetudine ſolaliez eēt ꝓſcripta ius aliqō ſit q̄ſituz : niſi forte ſit tanta.cui⁹ mēoria nō eēt:vt.ff.de aqua quot.hoc iure.§.ductus aq̄ .ſed ſolūmō cōmodū ꝛ ius poſſeſſionis q̄ſitū ē ex ꝓſuetudie. poſſeſſoz.n. nihil tenet ,ꝓbare de iure ſuo:ſz aduerſari⁹ ꝓbabit eē idebitū.vñ q̄zdu ē qō antalis pſtatio ſit debita:ſemp erit poſſeſſoz i poſſeſſione.vt.xvi.q .iiii.volumus.ex vt lit.pē.a mēoria.ꝛ.ff.de aqua quot.l.pe.ꝛ hoc ē vez cū allegat aliquā cōſuetudinis cām.ꝛ tūc enī cā allegata ꝛ cōſuetudie lōgiſſima ꝓbata debitū pſumit adeo:vt nō admittat ,ꝓbatio i cōtriū.ꝛ ſm hoc nulla eſt

alias intervenit

dria int cōſuetudinē ꝓſcriptā ꝛ ꝓſcriptōez.gdā tñ hāc aſſignant dr tam int ꝓſcriptā ꝓſuetudinē ꝛ ꝓſcriptōez:qz ꝫ ꝓſcriptōez ñ ad mittit ,ꝓbatio lz cā ꝓſcriptionis appareat iuſta: vt ex de ꝓſcript. de quarta.ſz cōſ ꝓſuetudinē ꝓſcriptā bñ licet allegef debitū ꝓce ceſſiſſe:vt.C. de agri.ꝛ cen.libus.tutius credo ꝓſcrip.allegandā q̄z cōſuetudi. nē ꝓſcriptam: qz ad ꝓbandā cōſuetudinez multa regrūt vt dixi dī.viij. frustra. ꝛ hec vera ſūt.q cō. ſuetudo semp tuet poſſeſſo. rē donec ꝓbet cōtrīū: niſi ut vſcā vel ꝓcario poſſederit tunc enīz ille q dedit ſua auctoritate pōt negare.x.q.iij qz cognouim⁹ io Dui quid dicat iob. ego credo:q ex cō ſuetudine ꝓx ſcripta ſpatio xl. ānoz ꝛ bona fide ius ꝛ poſſeſſio acq. rat:vt ex ō cō ſue.c.vlt.in fi. ꝛ.ff. de legib⁹ diuturna.b.

dales exactōes intelligūt.nō .n. cogēd⁹ ē abbas: ſicut i turōico cō cilio ſtatuit ad ſynodū ire:niſi alia rōnabil' cā exiſtat. ſūt.n.que dā ſuitutis officia:aut āgarie operū:crebre receptōes:ānue exactiones:mulctatōes peccātiū:a q̄bus oibus monaſteria libera ſunt.

Clo' clerici ad mōaſteriū trāſire uolūt.uter q̄ licentiaz ab epō ſuo petijt . un⁹ ꝛlicta eccleſia,ꝓꝛia eo iuito: alter dimiſſa regl'ari canōica cenobio ſe cōtulit. Odo q̄rit : ſi epūs de beat ꝓmittē:ut relicta,ꝓꝛa eccl'ia cleric⁹ mōaſteriū igrediat . Sz cūdo q̄rit:ſi epūs līām dare noluerit:an eo iuito mōaſteriū poſſit adire. Tertio q̄rit: ſi ꝓtigēit ipōs regl'ares canōicoſ fuiſſe ut ꝓceded⁹ eēt eiſ mōaſterij igreſſus

Clod⁹ epūs licētiā clicis adeūdi mōaſteriū dare debeat in toletano ꝓcilio ꝓcipitur : in quo ſtatutum legitur.

Non dz negari igreſſus clericis q monachoz ꝓpoſitū appetunt.

Clerici q monachoz ꝓpoſitū appetūt:qz meliorē uitaz ſeq cupiūt:liberos cis ab epīs in moaſterijs largiri oz ingreſſus.

Nuito uero epō clicuz ei⁹ a nullo eē ſuſcipiēdū leo epūs teſtat ſcribens ruſtico narbonēſi epō.

Jnuito epō ei⁹ clicū nēo ſuſcipiat

m Clod epūs dubitatio baz triū qōnū ab eodē fonte ꝓcedit. vnde vna ſolu tion terminā tur. Dicit.q

n Clerici. I. cleric⁹ ſeculāris inuito epō poſſit tranſire ad monaſteriū :vt.j.e.c.i. ꝛ.j.e.q.ij. due ſed nec monachuſ nec regularis canonic⁹ pōt inuito ab

o Clerici. II. bate trāſire ad locū aliū:vt.j. e.q.ij.c.i. ꝛ.c. ſtatuimus.ſed ei⁹ opinio corrigit::ex de regularib⁹ ꝛ trāſe.ad re.licet.vbi habes q̄ gliber pōt tranſire ad arciozez religionem.pcūta tamē licētia licet nō obrēta.ſed ad parez religionē nemo pōt tranſire:vt ex de regu.ſane.io.

p Clerici.meliorē.hec cā ē ſufficiēs:q ō mioꝛi ad maiōꝛ trāſeūdū eſt.xciij.di.legimus.in fi.ſed non ad parē:extra de regu.ſane.ꝛ tamen dicat.c.ſic viue in monaſterio:vt clericus ē mearis.xvi.q.i.ſic viue.io.

o Alienū clericū.imo nec ēt laicū alienū3:vt.lxi.di.ſ memo.ſi ergo clericus huius ep̄atus eligiť ad aliquā dignitatē i alio ep̄atu:ſine licētia hui⁹ ep̄i nō pōt eū recipere:vt.lxxvi.di.c.vlt.⁊ lxiij.di.lr̄as.⁊.lxxxv.di.c.archidiaconū.io

p d Ue ſūt.priuata.vt charitas de qua diciť habe charitatē:⁊ ne q̄3 rei:vt.xvij.q.i.c.iij.ſ3 dic q excuſať a delicto iſtinctu ſpūs ſancti ſi cut alij:vt ex̄ de diuoꝛ.gaudem⁹.xiiij.q.v.dixit.

x Dignioꝛ.tñ i trib⁹ caſib⁹ p̄uindicat p̄uata lex publice.nā mulier l3 ducať lege dei:nō pōt inuito viro itrare religionē:nec ipubes inuito pr̄e:nec ep̄s inuito papa.nō fallit regula intelligentes.io.

Alienū⁹ clericū3 inuito ep̄o ipi⁹ nemo ſuſcipiat. Sed ſbaudiendū ē:niſi ad ꝓpoſitum melioris uite tranſire uoluerit.tunc.n. liberū ē illi ēt ep̄o cōtradicēte monaſteriū igredi. Unde urban⁹ papa in capitulo ſancti rufini.

Qui mōachoꝝ ꝓpoſitū appetit: etiā inuito ep̄o ſuſcipiendus eſt.

Due ſūt inqt leges:una publica altera p̄uata. Publica lex ē:q̄ a ſanctis p̄rib⁹ ſcriptis ē cōfirmata:ut ē lex canonū:q̄ qdē ꝓpť traſgreſſiōes ē tradita:uerbi grā Decretū ē i canonib⁹ cliciū3 nō debere de ſuo ep̄atu ad aliū traſire ſine ꝯmendaticijs lr̄is ſui ep̄i. q̄d ꝓpť crimioſos cōſtitutū ē:ne ui del3 iſames ab aliquo ep̄o ſuſcipiant̄ pſone.ſolebāt.n.officia ſua: cū nō poterāt i ſuo ep̄atu: in alieno celebꝛare. qd̄ iure preceptis ⁊ ſcriptis deteſtatū ē.lex uero p̄uata ē:q̄ inſtictu ſpſ.ſ. in coꝛde ſcribiť:ſicut de qbuſdā dicit aplus: q hn̄t legē dei ſcriptā in coꝛdibus ſuis.⁊ alibi:cū gētes legē dei ſcriptā nō hēant:ſi naturaliť q̄ legis ſūt faciūt:ipi ſibi ſūt lex. Siqs hoꝝ ū i eccl̄a ſua ſub ep̄o ppl̄3 retineť ⁊ ſeculariť uiuit:⁊ ſi⁹ afflatus ſpū ſancto in aliquo monaſterio uł regulari canonica ſaluare ſe uoluerit:q2 lege p̄uata duciť:nulla rō exigit:ut lege publica cōſtringať. digniοꝛ ē.n.lex p̄uata q̄3 publica ſpſ qdē dei lex ē:⁊ q ſpū dei agūtur:lege dei ducunť:⁊ qs ē q ſpūi ſācto poſſit reſiſtere digne:qſqs igiť hoc ſpū duciť:etiā ep̄o ſuo cōtradicēte eat liber nr̄a auctē. Juſto.n.lex nō eſt poſita:ſ3 ubi ſpūſ dei ibi libertaſ:⁊ ſi ſpū dei ducimi nō eſtis ſub lege.

Q. III.

Quod canonicos aūt reglares ad monaſteriu3 trāſire multis auctib⁹ ꝓhibeť.

Unde i ꝯcilio edueñſi ꝯgregato ſb greg.vij.legiť.

Regulares canonici monachi fieri non debent.

Nullus⁹ abbaſ:uel⁹ monachus: canonicos regulares a ꝓpoſito ꝓfeſſiōis canonice reuocare:et ad monaſticū habitum trahēdo ſuſcipe audeat: ut mōachi fiāt q̄diu oꝛdis ſui⁹ eccl̄ia3 inuenire querit: in q̄ canonice uiuēdo deo ſuire et aiam ſuam ſaluare poſſint. q ſi temerario auſu id agere tētauerint anathematis uiculo obligenť.

Ite urban⁹ papa.ij. De eodē

Mandam⁹:⁊ uniuerſaliť īndicim⁹:neqſ canonic⁹ regulariť ꝓfeſſus: niſi qd̄ abſit : publice lapſ⁹ fuerit: monach⁹ efficiať.q ſi decreto nr̄o cōtraire p̄ſumēs agere tētauerit: ad oꝛdinē canonicū ꝓcipim⁹ ut redeat:⁊ deinceps memoriale⁹ cucullā deferat ⁊ ultim⁹ i choꝛo maneat. Subaudiendū⁹ uero ē:niſi cū p̄ris ſui licentia religiōis ꝓpoſitu3 induerit. Unde urban⁹ papa.ij.ſcribit abbati ſancti rufini.

Patris ſui ꝯceſſiōe regulares canonici mōachi fieri poſſunt.

Statuim⁹ ne ꝓfeſſiōiſ canonice qſpiā poſt q̄3 dei uice ſupra caput ſibi hoie3 ipoſuit:alicui⁹ leuitatis inſtictu uł diſtrictioꝛis religiōis obtētu ex eoď clauſtro audeat ſine p̄ris ⁊ toti⁹ ꝯgregatiōis pmiſſiōe recedē. diſcedentē uero null⁹ abbatū uł ep̄oꝝ:null⁹ monachoꝝ ſine cōi lr̄aꝝ cautiōe ſuſcipiat. Clerici⁹: ſi mōaſteria q̄ ſemel dedicata ſūt: poſſint trāſire i clericoꝝ uel ſeculariū habitacula. qd̄ in chalcedonēſi cōcilio omib⁹ modis ꝓhibeť capit.xxiiij.

Que ſemel ſunt dedicata : ſemp monaſteria pſeuerent.

Que ſemel⁹ ſūt dedicata mōa

Q ſine cō / mēdaticijs. ſ3 quare crediť cōmēdaticijs lr̄is: cū gliber poſſit cōmendare rē ēt viciosā: nā q̄ commendādi aio dicit nemine obligat: vt.ff. de cōſtit̄.ꝑpt. ea q.ſed dicas q ſiqs rem cō mendat i gene renō obligať. ſ3 in ſpe obligať ff.de edil. edic. ſciendu3 ſ3 nec in genere licitū ē com mēdare ex cer ta ſcientia res viciosā : vt ex̄ de ſeru.c. vni co.alioqn de dolo teneť:vt ff.de dolo ven ditoꝛ.

r Propter crimioſos.l3 ꝑpter crimio ſos fuerit con ſtitutio data: ſi extēdiť ad nō crioſos: q2 null⁹ recipiť ſi ne cōmendati cijs lr̄is.vbi.n. aliqd ſtatuiť ꝑpť ipuſſiua3 cam:eā ceſſante nō iō ceſſat cōſtitutio. ſed ubi aliqd ꝑpť finalē cām eſt ſtatutū:l3 ibi ceſſ3 cā nō ceſ

Q. III. ſat cōſtitutio ſic diſtinguiť ff.de dona.l.ij. ſ.vlt.

s In ſuo .ſ. vij.q.i.ſiquis preſbyter.

t Siqs hoꝛ.maxime.q2 idem ē in alijs.

u Et ſi afflatus.ſ3 qliť pōt aliqs clericus inuito ep̄o tranſire ad religionē:cū ei foꝛte iurat⁹ ⁊ obediēs ſuus ſit:⁊ crimē idolatrie ſit nolle obedire:vt.viij.q.i.ſciendū.⁊ video q pegrinari nō pōt ſi ne licētia ep̄i:vt de cōſe.di.v.nō o3.⁊ ſepe bonū omittēdū ē ꝑpť meritū obediētie:vt.xi.q.iij.qd ergo.cū ēt obediēdū ſit l3 iuſte aliqd pcipiať:vt.xxiij.q.i.qd culpať. itē cū clericus nō poſſit alienare res eccl̄ie ſue:ergo multo poti⁹ ſe ip̄3 nō pōt alienare:cū pſo ne dignioꝛes ſint reb⁹:vt.xij.q.i.pcipim⁹.⁊ maioꝛ ē alienatio pſo

a Nullus regulariſ. ſiliť clericus i q̄ eccl̄ia ē ſemel itiulat⁹ in ea pſeuerei:vt.lxx. di.ſanctoꝝ.⁊.lxxi.di. clericos.vt.n. ait apoſtolus:in ea vocatione in qua qs vocat⁹ eſt in ea pmaneat:vt.xxi.q.i c.i.

Uel mō ach⁹.vt pa doꝛes q pſunt mōaſterijs : ex̄ de ſtatu mona. monachoꝝ.

z Sui eccl̄ia3.ſ. ex̄ d ui.⁊ ho.cler. de⁹.ex̄ de reli.do.inť q̄tuoꝛ.i ſi.

a m Mandamus.

b Lapſus.ſic n.poſſ3:vt.xx.q.i.ſicut io.

c Monachus. hoc cōſueuit itelligi:cu3 ei leuitatis trāſit ad aſpioꝛē vitā:tñ bene cogiť ibi ſtare:vt ex̄ de reg.l3 ſed māifeſte obſtat: ex̄ de ſta.mo.cū nobis.ſ3 ſed hec ē remota.vn̄ ſa tis credo:q ſi nō petijt licētiā cogiť redire.nec obſtat ex̄ c.ſane.q ibi dic⁹ t pmittas : ⁊ ſic eſt diſpēſatio.

d Memoriale. nō q ſit mōachus: ſed rōne pꝛioꝛis maleficij: vt.ſ. xxiij.di.pcipim⁹.ſ3 maritus q tranſiuit ad religione3 reuocatus ab vxoꝛe ſua nō fert cucullā:vt.xxxiij.q.v.q deo ⁊ ſic q̄nq3 pt eē diſpar habit⁹ i eodē choꝛo.

e Subaudiēdū. ⁊ē

f Statuimus.vł diſtrictioꝛis.ſ.xx. q.iiij.virgines.ex̄ de regu.c.i.ſed hec dictio leuitaſ ſoluit cōtrariū. ⁊ ē ſi.C.de offi.ma.mil. l. penulti.

g Clerici.icidētem qōnē ponit mgr̄.⁊ illa dupl̄r pōt itelligi. vno mō ſic. an de monaſterio poſſit fieri ſeculari eccl̄ia.vel ſic:an monaſterijs poſſint pfici ſeculares clerici. Dicas ergo:q de monaſterio nū q̄3 pōt fieri ſecularis eccleſia : vt hic diciť:niſi eo animi viuāt.tūc pn̄t monachi remoueri:⁊ iſtitui ſeculares canōici tñ cū auctē pape:vt ex̄ ne cle.vł mo.relatū.uł niſi ita ſit:q non ineniant aliq de oꝛdine illo p quos poſſit loc⁹ oꝛdiari:vt ex̄ de reli.do.inter.vel niſi ita ſit q aliť nō poſſit reformari locus ille q̄3 per canonicos:vt ex̄ de ſtatu mona.cum ho bis.q̄ ē remota.econtra videť:q ep̄s licite poſſit de ſeculari eccl̄ia facē regularē:vt ex̄ de eccle.edi.ad audiētiā.vt.xvi.q.vij.ſiqs vult.

h q Ue ſemel.maneant.ſiliť nec hoſpitale pōt cōuerti ad aliū vſum: vt extra de re.do.ad h.ſ3 nec pmutari pn̄t mācipia eccl̄ie:ex̄ de rerum

pmu.mancipia.uari tñ pñt ꝑuato:vt.xij.q.ij.ecclīasticis.sic dom⁹ imp:to
ris nō pōt cōuerti ad alios vsus.C.de pala.ꝛ do.l.i.Sz qd si mōasterium
destruīt:nūqd pōt loc⁹ille vl edificia monasterij ad aliū vsum cōuerti:sic
pñt de lignis bñ cōstruere dormitoriū vl aliū honestū locū:vl ēt pñt ea in
cogna sua cōburē : de cōse .di.i.ligna.sz ad ꝑuatos vsus nō possunt con
uerti.locus aūt remā
net sacer licet virtutum
sit edificiū.ff.de ꝓben.
emp.ede sacra.io.

f Qelonią. surripi
unt.i. inuadunt
nā furtū nō fit in re im
mobili:insti.de vsu .§.
abolita.

k Deponi.ꝛ hoc ex
pena icipit a crie:secus
si a cōtumacia:qz tunc
primo erat suspendēd⁹
vt.lxxxi.di.dictū.io.

l (n) Monasterijs. bīē
niū.dic ut.ā.xvij
q.ij.gonsaldus.ꝛ.c.si.
qs incognitus.

m Aut non sit.si. lxi.
di.miramur.i fi.ff.nau.
cau.sta.l.vlt.§.hoc aūt

n Miles. forte logt
de militib⁹ apulie:q to
ta ē pr̄imoniū beati pe
tri:vt.xciiij.di.valde.ꝛ
x.q.iij.relatū. vel de ill
q facti fuerant irregula
res:sic.liij.di.legē.io.

o Qelia ingrediēti
bus.cōuertendi
dupl̄r.n.pōt aliqs in
trare religionē. pōt. n.
intrare vl cā ꝓbādi vl
cā cōuertēdi.ꝛ ꝓtestā
ri oz qualit̄ itret: vt ex
de regu. consulti sum⁹
ꝛ.c.postulasti.

p Testandi.q.enim i
ptāte alteri⁹ ē:non pōt
testari:insti. quibus nō ē
pmiss.fa.te.in pain. dōa
re.añ pōt mortis cā de
consensu pr̄is.ff. ō do
na.filiusfa.ꝛ ēt inter vi
uos:vt.ff.e.si cū filius
clericus tñ in ptāte cō
stituus pōt testari.C.
de epi.ꝛ cleri.auc.prē
sbyteros.

q Eiusdē. cū nō bēat
filios:vt.j.e.siqua.

r Decretum ē.C. de
epi.ꝛ cleri.auc.igressi.

steria:cōcilio ep̄oz̄ manent ppe
tuo monasteria.ꝛ res q̄ ad ea pti
nēt:mōasterijs reseruari oz : nec
posse ea ultra fieri secl̄aria hitacu
la.q uero ꝑmiserint hoc fieri sub
iaceāt his condēnationib⁹:q̄ p ca
nones cōstitute sunt. Item in
synodo.viij.c.xxiij.

Qui loca sacra cōia diuersoria fe
cerit:clericus deponat:laicus ex
communicetur.

Qelonią a qbusdā uiris q̄daz
uenerabiles dom⁹ surripiūt:
tā uidelz ep̄alia q̄z mōasteria:ꝛ fa
cta sūt cōia diuersoria:Si qdem
noluerit hi q hec retinēt reddē ea
ut ꝑm antiqtatē restaurent:bñ,ꝛ
optie,ē:alioqn si de sacro cathalo
go fuerint:hos deponi p̄cipim⁹.
Si uē laici ul mōachi excōicari:
quos nimirū cōstat ꝛ cōdēnatos
eē a pr̄e ꝛ filio ꝛ sp̄u sancto:ꝛ de
putabūt:ubi uermis eoz̄ nō mo
rie:ꝛ ignis nō extiguet:qz deo
aduersāt:q dicit: Nolite facē do
mū pr̄is mei domū negociatōis

Clerit ō his q ad ꝙuersionē ue
niunt:quo tpe debeāt tonsorari.

De his ita scribit gregor⁹ papa
fortunato ep̄o neapolitano.

Antēq̄ biēniū i cōuersione cōpl̄e
uerit:aliqs tonsorari non debet.

Monasterijs' oib⁹ firmitas uīa
districti⁹ it̄dicat:ut eos quos
ad ꝙuersatōnē susceperit:priusq̄
biēniū i ꝙuersione cōpleuerit:nul
lo mō audeat tōsorare:sz hoc spa
tio uita morescp̄ eoz̄ solicite com
probent: neqs eoz̄ aut⁹ nō sit cō
tētus eo q̄ uoluit:aut ratū nō ha
beat qō elegit. nā dū graue sit in
exptos hoiuz obsequis sociari: qs
possit dicere ēpto sit graue⁹ ad dei
seruitiū iprobos applicāe:⁊ miles⁹
uēo si ꝙuerti uoluerit: priusq̄ no
bis renūciet;null⁹ eū sine nr̄o ꝙsē

s Perlatum est. per
exhortationem.
non tñ illectam:vt.xx.q.iij.constituit.

t Omnes.distinguitur tamen:an sana an infirma det:vt extra de sepul.
de bis.

u Contra.eremita.eremite habent propria.quod valet ad ea que notaui
xvi.q.i.qui vere.

x Aqua mulier.nō extāt⁹.sed qd si bz ascendētes:idem videt quia
eque succedunt ascendentes licet ordine turbato.ff.de inoffi.testa.
nā rsi.ꝛ qz ascēdētē nō pōt qs exheredare:nisi cōmisit cāz ingratitudinis:
vt i auc.vt cū de appell.cog.coll.viij.§.ij.ad idē.C.de epi.ꝛ cle.auc.prē
sbyteros.in fi.sz aliud ē hic rōne monachat⁹ ꝛ fauore religionis. item ad
hoc huic obstat i auc.coll.ix.vt nulli iudi.§.penult.vbi pater bz tertiā ptē
bonoz̄ filie q̄ detrudit i monasteriū:sed hoc iō ē:qz ibi illo iuit o fuit mo

nacha.Sz qd si ꝑmo fecit testamētū:videt q̄ per ingressū mōaste
rij rūpit:quasi p posthumi agnationē.ecclesia.n.cōpatur posthu
mo:vt ex de.pba.in pñtia.in auc.de sanc.epi.§.sed hoc pñti ad
dimus sanctioni.ff.de inof.rup.te.filio.item p captus diminutio
nē rūpit testamētū:insti.qbus modis rūpi.testa.§.ii.itē iste dimi
nuitur capite:
qz transit in al
terius pātem
econtra videt
q̄ teneat testa
mētū : qz pos
modmo habe
tur:sed i mor
te cōfirmat te
stamētū.itē le
gatus nō pit p
capitis dimi
nutōez:vt.ff.ō
ca.dimi. lega
tū.Ad hoc di
co q̄ rumpit
testamētū nisi
pāus relinq̄rit
aliqd mōaste
rio.si ergo in
stituit mōaste
riū ante ingres
sū mōasterij i
vno denario:
postea non rū
pit testamētū
D.tñ ꝛ io. cōis
riū dicūt. Sz
numqd mona
sterius ipso in
gresso adeptus
ē possessionez
rez illi⁹ ?videt
q̄ sic:quemad
modum ado
ptans adipisci
tur possessio,
nē adoptati.ff
de ꝓca.si ado
ptauō.qō cō
cedo. Sz qd
si ingrediēs mo
nasteriū habu
it usufructum
bonoz̄: nūqd
mōasteriū pōt
vti fructibus
illo viuēte:vī
q̄ nō : tū iō q̄
morte extingui
tur usufruct⁹:
tuz q̄ usufru
ctus alij conce
di nō pōt: nisi
dicer es q̄ ius
uēdi remane
ret apud ustuz
ꝛ vtilitas apud monasteriū.sz cōis si aliqs esset ius penes eum:in
ipō ingressu esset factū monasterij.dico ergo usufructum nō re
manere apud illum:alij cōdicunt:ar.C.de usufruc.l.vlti.

y Dinidere.sed qualit̄ testat⁹ vl disponit ista psona de reb⁹ alie
nis cōis illud:insti.quib⁹ nō ē pmissū facere testa.in pn. sz dic q̄
bodex quadā benignitate pmittit a iure:ne eccl̄ia videat aliquez
velle circūuenire,ppter res suas .ꝑterea video q̄ qñqz aliqs dispo
nit de reb⁹ alienis:vt mat q̄ transit ad sc̄das nuptias testari pōt ō
reb⁹ paōrū filiorū ꝛ disponere int̄ ipsos:vt.C.de sec̄u. nup. scie.
§.vlti.

z Legitima.i.tertia vl medietas ꝑm numerū filioz̄. C. de inoffi.
testa.auc.nouissima.

fu q̄libet p̄sumat rōne suscipere.

Clerit:si ingressis mōasteriū ul
tra reliquat l̄ia testādi . hoc gre
gor⁹ phibet ita scribēs ianuario
carolitano episcopo.

Post monasterij ingressuz nulli re
linquit licentia testandi.

Qelia⁹ ingrediētib⁹ mōasteriū
quertēdi gr̄a ulteri⁹ nulla sit
testādi l̄ia:sz ut res coz̄ eiusdē⁹
mōasterij sint:apta legis diffiniti
one decretū est. Item gregor⁹
papa cypriano subdiacono.

Post monasterij ingressuz eidez
monasterio omnia sūt ꝙferenda.

Perlatū ē ad nos petronillā
noie de ꝓuincia lucania ꝓge
nitā p exhortationez agnelli ep̄i
fuisse ꝙuersaz:relqs suas oēs' q̄s
hr̄e potuit: lz sibi iure potuissent
cōpetere:tñ easdē mōasterio i qō
ingressa ē ēt sp̄alit donatōis titulo
cōtulisse Contra⁹ paulus p̄m⁹
eremita i testamēto colobiū suuz
athanasio alexandrino ep̄o relqt
tunicā uero beato antonio. Sed
aliud est de his q i monasteriū
ingressi se ꝛ sua tradiderunt:aliud
de his q solitariā uitā ducētes se
nulli eccl̄ie tradiderūt. illi semel
tradita nulli tradē pñt . isti nulli
oblata libere testari ualēt. Item
in auctenticis cōsti.ix.

Aq̄⁹ mulier aut uir mōasticā
uitā elegerit ꝛ itrauerit mōa
steriū liberis nō extantib⁹:mona
sterio qō ingredit res eⁱ⁹ cōpetere
iubem⁹.sed si ps̄ona liberos hīs
añq̄ de reb⁹ suis int̄ eos disponat
monasteriū itret:liceat ei postea
int̄ eos diuidere⁹: legitia³ poztōe
nulli diminuta triēte l semisse. ꝛ
qō eis nō dederit:monasterio cō
petet.sz si oēm sbam int̄ filios di
uidere uoluerit : sua ps̄ona filijs
suis ꝙnumerata ptē sibi retineat

t Cõpetere.ne sit onerosus monasterio.xvi.q.vi.de lapsis.

p Hũc aũt cessante.i.si cessauerit iudiciũ:qz morte puẽt⁹ ẽ: sic ñ obstat.ã.e.l.pxi.qdã tñ ũtellexerũt qõ hic dicit:cũ vere fact⁹ essz monach⁹:pximã legẽ intellígũt:cũ adhuc ẽ in pbatõe.io.

n On liceat.igratitudinis.ecce q igratitudo abolet p igressũ

Mõaste rij.sñt irregla ritas:vt.lvi.d. c.i.cũ eni.als abbas sit perfe ctus: nõ regri tur i eo oĩmo da irregulari tas:vt.xvi.q. i.legi.mõacha tus.n.oẽz ma culã abstergit in anẽ. de mo. in ptin.ar.tñ ẽ q nõ tollat ir regularitas.lv di.paſcis.i.q. vij.c.ij.io.

d Elo pue ritie

b q Elod itra ã nos. ent ẽ adultus qui intrat mo nasteriũ: ant i pubes.si adul tus z spõte in trat exire non poterit:vt.j.e. q.i.puelle.z.q ij.c.i.z.ij.si ini tus intrat: exi re põt: vt.j.e. q.i.sicut.nisi.p pẽ aliquã cul pã iuit⁹ itret: vt.j.di.si ille.z xxj.q.ij.placu it.si ipubes in trat:aut ab ali o põt i mõa sterio:aut p se ipm.si ab alio ponit in mõa sterio: z ipe ñ consentit :põt egredi qñ vo luerit:vt.j.e.q puelle.z.q.iij. pñs.si vo pfẽ tit ez ab alio ponit i mona sterio: tz lz cõ sẽtus ille q fu añ ãnos discre tionis nõ tene at:ñ exire nõ põt:puſqz ve.

Q. I.

niat ad legitimã etatẽ ad in star carnal mri monij:vt ex d despõ.ipu.ĩ illis.z.j.e.q.illõ.lz qzcito puenerit ad pfectã etatẽ:põt egredi:vt.j.e.q.iij.pñs.z ex de regu.cũ scim⁹.lz qdã dixerũt:q i ipubere sufficiat sola parentis obligatio:ad hoc ut monachus sit:ar.eius qõ ẽ ex de regu.c.vlt.z.j.e.c.i.z.ij. sed ẽ eos est expsse:ex de regu.cũ scim⁹.si vero impubes,ppria auẽte intrat:põt extrabi a pfe vl tutore:vt.j.e.q.ij.puella.hoc tñ scias: q sm.b. si doli capax ẽ igressus mõasteriũ sine p se:sine per voluntatẽ pris:dũmõ nõ fuerit coact⁹:ãmõ nõ põt exire:lz nõ puenerit ad ãnos pubertatis:qz cũ doli capaces se possint obligare diabolo:vt ex de delic.pu.pueris. multo fortius deo.itẽ cũ i mrimonio carnali malicia suppleat etatẽ:vt ex de despõ.ipu.ĩ illis.ergo in spũali. greg. refert i dialogo de quodã puero nouẽnij q nutricem suã grauidauit.alij dicunt q nemo obligat voto añ legitiaz etatez nec ẽ si. de mrimonio carnali: qz ibi obligat tñ.bõi:z illud uiculuz dissoluit saltẽ morte: sed vinculũ spuale saltẽ morte nõ dissoluit: ar.xxij.q.vij.licite.sed hodie pualz opinio.b. vt ex de reg. postulasti io. sz certe pticula que hoc dicebat ẽ subtracta b.

c f Irma.ceperit.ñ intelligas cũ ceperit attingere.xiij.ãnũ masculꝰ ul feia.xij.ãnũ sed cũ iã ẽ in fi.xiiij.ã nop vel.xij.

d a Ddidistis.ß tria capitula itelligat de illis q post adultaz etatẽ cõsensẽsum accõmodauerint.sz.b.ite ligit de doli capacibus.

e Mater.videt ergo q mater possit tradẽ filiũ suũ religioni:vt.j.e. gcũqz.qõ nõ videt:cũ nõ bẽatipm i ptãte: vt isti.de adop. §. feie .legas ergo vel pro z.

f Infantie.i.pueritie.

g Pubertatis.ã.xiv iij.di.de bis ĵ. sed logꝰ tur de secularibus.

b Deuitamus.ex bis capitulis sumunt qui dã scisma erroris sui.z dicunt sufficere solam oblationem pat.is ad hoc vt quis mõachus fiat:ex de regu. significatũ.sed eis obuiat.j.e illud.z ex e.cũ scimus. sed intelligas ista capitula:qñ in adulta etate consenserũt: z sic intẽptantur ea celestin⁹: ex e.cum virum.

i m Onachuz.deuotio. z filij spõtanea ,pfessio supple.

k Professio per se.

Mater videt ergo q mater possit tradẽ filiũ suũ religioni:vt.j.e. gcũqz.qõ nõ videt:cũ nõ bẽatipm i ptãte: vt isti.de adop. §. feie .legas ergo vel pro z.

f Infantie.i.pueritie.

g Pubertatis.ã.xiv iij.di.de bis ĵ. sed logꝰ tur de secularibus.

b Deuitamus.ex bis capitulis sumunt qui dã scisma erroris sui.z dicunt sufficere solam oblationem pat.is ad hoc vt quis mõachus fiat:ex de regu. significatũ.sed eis obuiat.j.e illud.z ex e.cũ scimus. sed intelligas ista capitula:qñ in adulta etate consenserũt: z sic intẽptantur ea celestin⁹: ex e.cum virum.

i m Onachuz.deuotio. z filij spõtanea ,pfessio supple.

k Professio per se.

Mater videt ergo q mater possit tradẽ filiũ suũ religioni:vt.j.e. gcũqz.qõ nõ videt:cũ nõ bẽatipm i ptãte: vt isti.de adop. §. feie .legas ergo vel pro z.

f Infantie.i.pueritie.

g Pubertatis.ã.xiv iij.di.de bis ĵ. sed logꝰ tur de secularibus.

b Deuitamus.ex bis capitulis sumunt qui dã scisma erroris sui.z dicunt sufficere solam oblationem pat.is ad hoc vt quis mõachus fiat:ex de regu. significatũ.sed eis obuiat.j.e illud.z ex e.cũ scimus. sed intelligas ista capitula:qñ in adulta etate consenserũt: z sic intẽptantur ea celestin⁹: ex e.cum virum.

i m Onachuz.deuotio. z filij spõtanea ,pfessio supple.

k Professio per se.

q monasterio ꝓpetẽt⁹ debeat:sed si p⁹ ingressũ moriat:añqz intẽ eos diuidãt filij legitimã porciõez ꝓcipiant:reliq̃ sba mõasterio cõpetente.ꝓsti.v.i coll'.i. Hũc aũt cũ monach⁹ fact⁹ esset.hoc ipo res suas oẽs obtulisse uideat:si pus testat⁹ ñ sit.exide iudicio ei⁹ cessãte lege disponit: ut si liberos hꝛet in quos aut nihil aut min⁹ltima põtione quoquo donãdi titulo ꝓtulerit:eatenꝰ sbe mõasterio destinate detrahat:ne qd cõtigat circa liberos ũquũ. Item ex nouella.

On⁹ liceat parẽtib⁹ liberos l' liberis parẽtes ab hereditate sua repellẽ monachos factos: qs uis dũ laici fuerãt i cãz ingẽtitudinis iciderũt. Tez ñ liceat parẽtib⁹ liberos suos ad solitariã uitã trãscũtes abstrabẽ de mõasterio

Elo⁹ pueritie annos agentes a parẽtibus mõasterio ꝓditi sẽ un⁹ iuit⁹: alt spõtane⁹ cucullã iduit. ad annos pubertatis uenientes: iuit⁹ ad secularẽ militiã redijt:spõtaneus mõasteriũ districti⁹ petit

Nunc pmũ qrit:si i pueritie annis traditi cogãt religionis ꝓpositũ tenere. Secundo si pter uolũtatẽ parẽtũ tõsurã ul' religiõis uestem gs i pueritia accipiat: an possit sibi detrahi an ñ. Tertio q pter ꝓpaz uolũtatẽ cucullã iduerit:an cogat eã retinere an non. Quarto si ab uno mõasterio in aliud districti⁹ liceat alicui trãsire

Quod⁹ itra annos pueritie traditi:cũ adulti fuerint liberũ hẽant arbitriũ manendi ul' discedẽdi: pbat aucte.ix.sy nodi: in q̃ sic statutũ ẽ. Virgitatis ,pfessio quo tpe firma eẽ icipit

Firma⁹ aũt tũc erit ,pfessio uirginitatis:exquo adulta iam etas eẽ cepit:z q̃ solet apta nuptiis ꝓputari ac pfecta. Si uirginitatis ,pfessio tũc icipit esse firma: cũ etas cepit eẽ adulta:z religiõis ,pfessio tũ demũ dz eẽ firma:cuz ad adultã etatẽ puentũ fuerit. sz hic ꝺ illa ,pfessione agit⁹: q̃ i annis pueritie ,ppo arbitrio deo offert⁹: quã nõ ꝓfirmat parẽtũ ꝓsensus. Cetez q̃ a parentib⁹ deo offert⁹ ,pfessio iuiolataz ꝛuari oz. Unde greg. scribit ad augu. ãglos epm Non licz de monasterio egredi: quez pr̃ uel mr̃ intra annos infantie fecerit ordinare.

